



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Iudicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

85 Stultis non delectari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

Poteras, inquit, has horas non perdere. Fulg. ibid. De Alphonso Aragonum & Sicilia Rege Pat. lib. 1. & 2. de rebus gestis Alphonfi & Fulg. ibid. De Theodosio Imp. Arcadij filio Niceph. lib. 14. cap. 3. de Roberto Hierosolymorum & Sicilia Rege? Petrarcha de studio. De Carolo IV. Rom. Imp. Aeneas Sylu. lib. 4. Coment. in res gestas Alphol. eorū in literarū studijs diligentia honorificētissimē laudantes, Rector populi bene gubernandi rationem ex aliorum p̄ceptis colligat.

SIGNVM LXXXV.
STVLTVS NON DELECTARI.

1. **F**ridericus Caesar interrogatus, an moriones ad conuiuium intromittendi essent? Neque stultis, inquit, delectari possum, neque superbis esse amicus. Aeneas Sylu. lib. 2. Comm. de rebus gestis Alphonfi.

2. Alphonfus Aragonum Rex, etsi liberalissimus esset, stultos tamen ac moriones ne vix quidem admittit, qui tales sunt cisternae rimosae periculosos esse dicens, quas ut nullus impleat imber, sic hos nulli, quamuis magni proventus, rerumque compendia exatiarent. Louian. Pont. de Liber.

SIGNVM LXXXVI.
NON SVPERBIRE, SEV FELICITATE nimia non efferi; sed fastum elationis et potentia cauere: nec superbire ob elegantiam corporis, nec ob eruditionem.

Syr. 32. Rectorem te posuerunt, noli extolli: sed esto in illis, quasi vnus ex illis.